

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

961

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

Argentoratensis ecclesie procuratrici gloriosissime dei genitrici Marie ibidemque sibi famulantibus pro remedio animarum parentum meorum nostręque anime pro salute legitima astipulatione cum viis et inviis, pratis et arvis, cultis et incultis ceterisque utensilibus contradidi: idem autem predium in Mortenowa situm est videlicet Badels-
 5 bach, Staden, Suabhusen, Owenheim, Diersheim, Gameneshurst, Folmersheim. duo vero mansi siti sunt in terra Alsatiensi scilicet Scephelingesheim. hac autem condi-
 10 tione predium idem donavimus, ut singuli mansi preter salicam terram in festo sancti Johannis baptiste quinque solidos persolvant, in festo vero sancti Adelfi
 15 mansi ter in anno tribus in placitis quatuor denarios persolvant. de tributis vero duorum mansorum Scefelingesheim jacentium in anniversario nostro duos maltros panis et unum leguminum in usum pauperum erogentur, de ceteris siquidem omnibus plenum servitium fratribus. sin autem dominus hujus benefitii mutabit, mansus ejus successori quinque solidos persolvat et, si mansi possessor obierit,
 20 dominus optimum caput animalis hinc habebit. qui vero mansum adquisierit, quinque solidos domino dabit. preterea sciendum, quod advocatus dimidium mansum hinc apud Suabhus situm habere debet, quatinus justus sit rector et defensor. et nullam aliam potestatem in hoc predio exerceat, nisi per dominum vocetur, et tunc sex equis veniat et dominus sibi prandium sufficienter prebeat. precipimus autem in
 25 verbo dei et auctoritate beatorum apostolorum Petri et Pauli et sub anathematis vinculo confirmamus, ne quisquam idem predium sibi usurpare vel distrahere audeat vel in alium quam in usum fratrum expendere presumat. et ut hec majorem confir-
 30 mationem habeant et inconvulsa permaneant, scribi et impressione nostri sigilli fecimus insigniri. acta sunt autem hec a nobis anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi 961, indictione 4, Oltone rege regnante.

Juni 24
 Aug. 29
 Dez. 25

B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 2707 cop. mb. c. sig. int. subt. impr. mutil. Bischof mit Stab erkennbar, ebenso von der Legende Odo gra[tia dei Arg]entinensis epc. Die Schrift des Stückes trägt ausgeprägt den Character des 12ten Jahrh. Für die Entscheidung, ob das Siegel echt oder unecht, fehlt mir jeder Anhalt.

35 *Gedruckt aus dem lib. salic. 1347 bei Würdtwein Nova subs. dipl. III, 382 nr. 99 = Grandidier Hist. d'Als. I p. j. p. 125 nr. 283.*

¹ ymena wohl hemina eine Maassbezeichnung, s. Ducange Glossar. III, 643.